



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 5. Edictum a Cæsare duntaxat circa exteros mitigatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI. que rogare cogeretur , quatenus edicti
A.C. 1530 sui severitatem temperare , ac præcipue *Inquisitionis* nomen cunctis gentibus adeo exosum delere velit.

§. V.

Edictum a Cæsare duntaxat circa exteros mitigatum.

Sleid. p.784. *Permolestæ* quidem Cæsari acciderant
Thuan. hist. Reginæ propositiones , suique edi-

lib. 7.

cti æquitatem ardenter tueri studiosus , nihil in eo innovandum declarabat , tandem vero summis Sororis suæ precipibus /expugnatus illa , quæ ad exteros in hoc edicto spectabant , revocavit , & Inquisitionis nomen aboleri concessit ; indigenas tamen omnino huic legi subjectos esse voluit , imo etiam , si qui sese eidem oponerent , illos vi ad officium redigi præcepit . Verum hæc ipsa Cæsaris constantia novis tumultibus fomitem subjecit ; Illyricus enim hoc edicto latine reddito impotentibus omnino furii in Islebium , atque Agricolam debacchabatur , eoquod hi populo persuadere niterentur , hoc edicto nullatenus Religionis caussam agi . Præterea Principes , ac Lutherani Ordines gravem inde indignationem conceperant , cumque Imperator quamdam exercitus sui partem Sacramento militiæ fol-

solvisset, illi propterea animo eretti pa- Sæcul. XVI.
A.C. 1550.
lam contra Decretum *Interim* reclama-
bant, et si eorum nonnulli illud antea
approbassent. Nihilominus Cæsar e
Flandria discessit Augustam petiturus,
ubi etiam unacum capto Saxonie Du-
ce, quem secum ubique conduxerat, die
vigesima sexta Julii advenit, Landgravii
vero valido milite custoditum Mech-
liniæ reliquit; nondum enim, vehemen-
ter licet sollicitatus, utrumque hunc
Principem libertati restituere constitue-
rat, quamvis ob hanc repulsam Bran-
deburgicus Elector Landgravii ficer,
& Mauritius Saxonie Dux ejusdem Ge-
ner Augustanis comitiis interesse renue-
rent, neglecta etiam vehementi sollici-
tatione, qua Cæsar specialibus literis
Augustam venire, ambos rogabat: hi
tamen non deerant, quo minus suos O-
ratores eo ablegarent.

§. VI.

Nova comitia a Cæsare Augustæ indicta.

Ceterum Imperator hæc comitia Au- Thuan. I. c.
lib. 6.
gustæ celebranda ea ex ratione in-
dixerat, ut Imperii Ordinibus piam Ju-
lii III. voluntatem in procuranda Chri-
stianæ Reipublicæ salute propensam ma-
nifestaret: hanc ob rem die decima ter-